



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo inue[n]tionis sancte crucis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo inuentionis sancte crucis. fo. ccix.

vt cum dicitur. Credo in deum patrem omnipotentem. iam intelligitur cum patre filio. Item cum dicitur. Et iesum filium eius implicatue due persone. Qui conceptus est de spiritu sancto. Ecce implicatur tres persone. et ita ratio non procedit. Tum etiam. quia lz in articulo vno non fiat mentio nisi de vna persona. non sequitur qd perfecta cognitione fidei possit cognosci vna persona alia no cognita. quia si de patre habeo perfectam fidem. oportet qd cognoscam de eo qd genuit filium ab eterno. et ab eo et filio processerit spiritus sanctus. et sic de alijs.



In festo inuentionis sancte crucis est euangelium. erat homo et phariseis etc. Johannis tertio. Circa qd possunt disputari sequentes questiones.

Prima. vtrum fuerit conueniens comparatio cum dicitur. Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto. ita oportet exaltari filium hominis. Secunda. vtrum sit verum qd nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Tertia et vltima. vtrum crux christi sit adoranda adoratione latrice.



Prima questione sic procedit. Et videtur qd non fuerit conueniens comparatio. cum dicitur. Si

cut moyses exaltauit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium hois. Primo sic. Xps fuit absq omni peccato innocentissimus. et ideo dicitur est agnus sine macula. flos campi et lilium etc. Lani. ij. Serpens est autem naturaliter venenosus. ergo non videtur ex parte ista conueniens comparatio inter comparabilia enim semper requiritur aliqua proportio aut analogia. Secundo. idem arguitur sic. Xps exaltatus est percurantibus iudeis et malicia eorum. serpens exaltatus per moysen ex mandato dñi. Tertio ex parte effectus. quia aspectus serpentis sanabat a morte corpora li tantu. filius hominis exaltatione sua a morte anime et restituit vite eterne. In oppositum est euangelium. Respondeo dicendum. qd conueniens fuit comparatio illa. Xps enim illam fecit. ergo fuit conueniens. Unde nota qd sicut habetur Numeri. xxi. Populo iudeorum murmurante contra dominu et dicente. Nauseat anima nostra sup cibo isto lenissimo. misit dominus in vultionem serpentes. et postmodum concurrente populo ad moysen.

D

In festo inventionis sancte crucis.

et ipso clamante ad dominum. munda-
 vit dominus in remedium fieri serpen-
 tem enee. Quod quidem fuit in re-
 medium contra illos serpentes. nam
 percussit a serpentibus aspicientes
 eum sanabatur. Et in signum passio-
 nis dicitur. quia sicut aspectus serpen-
 tis sanabat a morte corporali.
 sic imo multo magis fides iesu
 christi crucifixi sanat a morte spiri-
 tuali et restituet vite eterne. Vo-
 luit autem mori exaltatus. Primo
 ut purgaret celestia. Jam enim
 per sanctitatem suam conuersatio-
 nis purgauerat terram. restabat
 per mortem purgare aera. Col. 1.
 Pacificans per sanguinem suum
 que in celis et que in terris sunt.
 Secundo ut triumpharet de demo-
 nibus qui in aere bellum prepara-
 rant. ad Eph. 1. Secundum principem
 potestatis aeris. Tertio ut cor-
 da nostra ad se traheret Job. 22.
 Ego si exaltatus fuero omnia traham
 ad me. Ad rationes in oppositu.
 Ad primam dicendum quod serpens
 ille quem exaltavit moyses cum es-
 set eneus venenum non habuit. sed
 figura fuit serpentis venenosi. sic
 christus non habuit peccatum quod est ve-
 nenum. sed habuit similitudinem ve-
 neni. id est peccati ex carne passibili
 Rom. 8. misit deus filium suum
 in similitudinem carnis peccati. et
 sic veniens fuit comparatio serpen-
 tis ad christum in hoc. Ad secundam re-
 spondetur negando primam. quia so-
 lum facta est comparatio ratio-
 ne dicta et ratione effectus sequen-
 tis. Ad tertiam respondetur ne-

gando sequentiam. nec oportet
 quod inter similia sit omnimoda si-
 militudo. quia tam non essent simi-
 lia sed eadem. Corporalia enim bene
 sunt figura siue signa spiritualium
 ita est hic. nam sicut fructus figu-
 ralis serpens erat quod quicumque aspi-
 ciebat serpentem enee. liberabatur
 a veneno. et preseruabatur vi-
 te. ita hic qui aspicit filium hominis
 exaltatum. id est qui credit christo
 crucifixo liberatur a veneno pec-
 cati et preseruatur ad vitam eternam.



D secundam
 questionem sic
 proceditur. Et
 videtur quod non
 sit verum quod ne-
 mo ascendit in
 celum nisi qui

descendit de celo filius hominis qui
 est in celo. **Q**uod primo sic. ipse fi-
 lius hominis non descendit de celo. er-
 go illud non est verum. sequentia
 patet. antecedens probatur. aut descen-
 dit secundum divinam naturam aut secundum hu-
 manam. non secundum divinam. quia diuine
 non veniunt descendere de celo mo-
 tu locali. quia sic non remaneret in
 celo. Nihil enim localiter motum
 remanet unde non descendit. non
 etiam descendit secundum humanam na-
 turam. patet. quia non descendit secundum
 corpus. sicut hereticus. Valen-
 tinus dixit. quod christus corpus de ce-
 lo detulisset et traxisset per virgi-
 nem nihil ex ea accipiens sicut
 aqua per fistulam. quod est contra
 apostolum ad Rom. 1. Qui factus

In festo inuentionis scete cruce. Fo. ccc.

est ei et semine dauid fm carnē. Nec etiā descendit fm animā quia sic esset error. Orige. qui dicit animā xpi ab initio esse creatam cum angelis et verbo unitā. et postmodū de celo descendisse assumendo carnē de uirgine. sed hoc repugnat catholice fidei q̄ animas ante corpus nō esse dicit. non ergo xps fm humanam naturā descendit de celo. ¶ Secūdo sic. ad Ep̄. iij. Xps ascendēs in celum captiuā duxit captiuitatē. id est sanctos patres quos de limbo eduxerat duxit in celū. et tamen isti nunq̄ descendērūt de celo. ergo aliqui ascendūt in celum qui nunq̄ descendērūt de celo. ¶ Tertio. idem pr̄ de paulo rapto in tertiu celū qui prius ibi nunq̄ fuerat. et de sanctis oibus qui ascendūt in celū. fm illud. ij. Loz. v. Domū habemus nō manu factā in celis etc. ¶ In opportum est euāgelii presenz ¶ Respondeo dicēdū q̄ verū est quod dicitur a xpo. qui cuz sit ueritas et uita. Job. xij. mentiri nō potest. Breuis sensus illius uerbi xpi est. q̄ filius hominis. i. xps et membra sua q̄ sunt oēs fideles iusti ascendūt in celū. q̄ idēz filius fm diuinā naturā descendit de celo. Pro quo notandū. q̄ (vt habet. iij. par. q. xvj. art. iij. circa mediū. Cum in xpo sit unū suppositū vel vna hypostasis vel persona duarū naturarū diuine scz et humane. ex quacūq̄ earūz hoc suppositum nominetur. po-

terunt ei attribui et diuina et humana. possumus enim dicere q̄ filius hois creauit stellas. et q̄ filius dei crucifixus est. nō fm diuinā naturā sed fm humanā. filius autē hominis creauit stellas fm diuinā naturā. ita vt de his que de xpo dicūtur nō sit attendenda distinctio q̄tum ad eū de quo dicūtur. sed indifferēter et diuina et humana dicāt de deo et homine. sed vt fiat distinctio q̄tum ad id fm quod dicūtur. qz diuina dicūtur de xpo fm diuinā naturā. humana uero fm humanam naturā. descendere de celis dicitur de filio hois non fm humanā naturā sed fm diuinā fm quam cōuenit ei ante incarnationem fuisse. dicitur autem descendere nō motu locali sicut argutum est. nec sicut desinēs esse sursum in celo. sed qz assumpsit naturā que est deorsum et nō ad designandū q̄ descendit motu locali. sed assumptiōe nature inferioris humane dicit q̄ descendit filius hois. i. inq̄tum est factus filius hois. Secūdo notādū. q̄ persona xpi aliqui accipit cum prescissione pro solo capite. quēadmodū dicit iohānes q̄ desursum est sup oēs est. aliqui pro toto corpore siue pro capite inq̄tum sunt ei membra unita. uidelz oēs fideles existentes in charitate. et hoc modo accipitur hic. Jo. iij. cum dicit. Nemo ascendit in celum etc. Unde. augy. in lib. de baptismo paruuloz. In unitate est

In festo inuentionis sancte crucis.

oēs immutēdi lenādiq; pcurrūt
 vt ille qui descēdit sit ille q; ascē
 dit. non aliud se deputās q̄ cor
 pus nostruz. vt de ipso ⁊ ecclesia
 verius dicatur. erunt duo in car
 ne vna. non ergo sequitur solus
 christus ascendit. nō ergo nos
 ascendemus. qz sicut dicit glo.
 Nō ascendit in celuz nisi sint mē
 bra coherētia illi qui est vna per
 sona homo ⁊ dei filius. ¶ Ad ra
 tiones in oppositū. ¶ Ad primaz
 rīdetur. negando antecedens. ⁊
 ad p̄bationē rīdetur q̄ descēdit
 s̄m diuinā naturā eo modo quo
 dictum est. s̄m v̄o humanā natu
 ram nō descēdit sicut bene argu
 tur est. Vel potest dici q̄ s̄m cor
 pus descendit de celo. vt hylari⁹
 dicit. nō q̄ materia corporis xp̄i
 de celo descendit. sed quia virt⁹
 formatiua eius de celo fuit. ¶ In
 augustinus ad orosium dicit. Le
 lestem dici christuz quia non hu
 mano cōceptus est semine. ⁊ hoc
 modo exponit hylarius. vt dicit
 sanctus thomas. ¶ Ad secundaz
 respondet. q̄ sancti patres ascē
 dentes cū christo fuerunt ⁊ sunt
 membra eius. ideo cum ipso qui
 fuit in celo ascenderūt. vt dictuz
 est. ¶ Ad tertiam eadem est res
 p̄sio. propter hoc enim filius
 dei de celis descendit vt nos fa
 ciendo membra sua ad ascen
 sum celozum nos prepararet.
 Nunc quidem in spe. tandem ve
 ro in re. ad Ep̄hes. ij. Qui resusci
 tauit nos et conscendere nos fe
 cit in celestibus.



D tertiam
 questionem sic
 p̄ceditur. Cū
 p. q. xxv. articu
 lū. ¶ Ervidetur
 q̄ crux non sit
 adoranda ad
 ratione latric. ¶ Primo sic. mil
 lus pius filius veneratur contra
 meliam patris. puta flagellum
 quo flagellatus est vel lignū quo
 fuit suspensus sed magis abhor
 ret. Christus autem in ligno cru
 cis acerbissimaz mortem passus
 est. s̄m illud Sap. ij. Morte tur
 pissima condemnemus eum. er
 go fideles nō debēt crucē vene
 rari s; magis abhorere. ¶ Sec
 cūdo sic. humanitas xp̄i adorat
 adoratiōe latric inq̄tū est v̄nita
 filio dei in persona. qd de cruce
 dici nō potest. ergo crux xp̄i non
 est adoranda adoratiōe latric.
 ¶ Tertio. sicut crux xp̄i fuit in
 instrumentū passionis ita ⁊ multa
 alia. puta clauī lancea ⁊ corona
 spinarū. s; istis nō exhibem⁹ cul
 tum latric. ergo videt⁹ q̄ nec cr
 ci xp̄i sit exhibendus. ¶ Quarto
 maiorem affinitatē habet beata
 virgo ad xp̄m q̄ crux. sed beata
 virgo non adorat cultu latric. et
 ergo multo minus crux. ¶ In op
 posituz arguit⁹ sic. Reliquie alio
 rum sanctorū venerant eadez ve
 neratione. qua et ipsi. sed crux
 xp̄i est de reliquijs xp̄i. ergo ado
 rabitur eadē adoratiōe qua xp̄s
 scz latric. ¶ Rīdeo dicenduz. qz

In festo sc̄i ioh̄annis ante portā latinā. flo. cccj.

honor et reuerentia non debetur nisi rationali creature aut sensibili. Insensibili aut̄ nō debet nisi ratione nature rationalis. et hoc dupliciter. Uno modo inq̄tum representat naturā rōnalem. Alio modo inq̄tum ei quocūq; modo iungitur. Primo modo cōsueuerūt hoies adorare regis imaginē. Sc̄do modo eius vestimētum. Utroq; aut̄ venerāt hoies eadē ueneratione qua venerant̄ et regē. Si ergo loq̄mur de ipsa cruce in qua x̄ps crucifixus est. utroq; modo est a nobis ueneranda. Uno sc̄z modo inq̄tum representat nobis figurā x̄pi extēsi in ea. Alio modo ex cōtactu ad mēbra x̄pi. et hoc qz etus sanguine est p̄fusa. unde utroq; modo adoratur eadē adoratione cū x̄po. s. adoratione patrie. Et ppter hoc etiā crucē alloq̄mur et deprecamur quasi ipsū crucifixū dicētes. O crux aue spes vnica hoc passionis tēpore auge p̄hs iusticiam reisc̄z dona uenias. Si nō loq̄mur de effigie crucis x̄pi in alia materia. puta lapidis vel ligni vel auri vel argenti. sic ueneramur crucē tantū ut imaginem sc̄z adoratione patrie. Ad rationes in oppositū. Ad primā respōdetur negādo p̄nam. Et ratio est. qz in cruce x̄pi licet q̄tus ad opinionē vel intētionē infidelium cōsideratur opprobriū x̄pi. q̄tus tamen ad effectū nostre salutis cōsideratur uirtus diuina qua x̄ps de hostibus triūphauit.

Col. ij. Et ideo dicit apostolus. s. Col. s. Verbū crucis pereūtib; quidē stulticia est. his aut̄ q̄ salui fiunt uirtus dei est. Ad secundā r̄ndetur negādo p̄nam. et ratio est. qz lz crux x̄pi nō fuerit vnita uerbo dei in persona. fuit t̄si ei vnita aliquo alio modo. s. per representationē et cōtactū. et hac sola ratione exhibet ei reuerentia. Ad tertiā r̄ndetur negādo p̄nam. Et rō est. qz alia ratio est de cruce et alijs instrumētis. qz lz q̄tum ad rationē p̄tactus mēbrorū x̄pi adoram; etiā nō solum crucē sed etiā oia que sunt x̄pi. ut lācea clauī et uestimēta. ista t̄n non representāt imaginē x̄pi sicut crux que dicit̄ signū filij hois qd̄ apparebit in celo. Mat. xxiiij. et inde est q̄ imaginē x̄pi ueneramur nō imaginē clauorū vel quocūq; aliorū. Ad quartā r̄ndetur (ubi. s. ar. v.) negādo p̄nam. Et ratio est. qz crux x̄pi est imago x̄pi. nō aut̄ beata uirgo. Preterea crux prout in se cōsiderat̄ nō est capax honoris cum sit res insensibilis. sed beata uirgo est s̄m seipsam capax uenerationis et ideo nō est similis ratio.



In festo sc̄i ioh̄annis ante portam latinam est euāgelium. Dixit iesus petro. se q̄re merē. ioh. xxi. Circa qd̄ possūt disputari se